



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Pap[a]e g[...]*actiones resert sup[er] beneficijs acc[a]eptis.*

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

Poggiius florentinus Bildesino archidiacono Vincon. S.D.P.

Pater charissime/silui tecum diutius q̄ tua in me benivolentia postulat etiam quidem oblivione tua: nam semp animo meo infixus heres: sed quia nihil accidit in rebus meis quod magnopere tibi scribendum putarem. Nunc vero cum magna in me mutatio facta sit: volui eam tibi notam esse: ut in ea re paulum mecum agas: in qua ego plurimam voluntatem animo & corpore percepi. Scis me hactenus incertum quasi vite cursum degisse: cum neq; seculum fugerem/ neq; clerum sequerem: cum tamen natura mea sacerdotii semper abhorrisset. Inq; ea vitam atate: ut aliqui mihi certa vivendi norma capefcenda esset. Deceui uxorem duxi re: ut reliquum atatis neq; in solitudine neq; in orbitate viverem. Itaq; licet aciem tuam dedivi/ elegi mihi a dolescentula non solum forma egregia/ sed etiam virtutibus suis quae in mulieribus laudantur plantem. Serius inq; oportuit. Pater id quod sed fatius fuit aliqui q̄ nunq; neq; ut sapientes volunt/ unq; sera est ad bonos mores via. Potuit antea haec fieri. Sed non essem nactus hanc in qua omnes meae curae requiescunt/ meis moribus/ meae naturae maxime congruentem. Nihil est enim quod in re requiritur/ ita amplissimis moribus dotata est. Qua in re maxime cosolor: & deo gratias ago: qui cum semp/ tum in fine dilexit me: qui plus mihi tribuit q̄ optaverim. Cum igitur tuus in me amor sit mihi notissimus: cumq; ego te maxime faciam nec cessari mihi quodammodo existimavi/ te huius mei status facere certiorē. & consolationis meae partem reddere. Vale. & me Dño comenda: & rescribe. de festo Curie scies ab alijs. Florentiae. die vi. Februarij.

Vxorū se
scribit,

Poggiius pape refert actiones gratiae de beneficijs ab eo collatis.

Quarūq; sanctissime pater/ hoc novum in me beneficium tuum maius existat q̄ tibi satis tibi facere possim: conabor tamen (ne ingratus omnino videar) aliquid tibi in p̄sens gratiae agere: nō prout mereat tua in me benignitas/ sed prout ingenium mei facultas & tempus patiunt. Nam si vellem omnia sermone complecti quae ad agendas gratias tua in me magnificētia meret/ nimis longa/ ne chuius temporis habenda mihi esset orō. Quid enim mihi ad p̄sens gratias/ qd optabilis esse debet/ q̄ me tua beneficētia ascribi in numerū collegij amplissimi/ deputari ad id exercitij/ quod nus/ ex quo & amplā dignitatē/ & vite ornamentū sim cōsecuturus: Haec tua bonitate pater sanctissime adeptū me esse p̄fiteor: & ultra q̄ dici queat magna consolatione affectū. Pulchrū est enim suscipere officium/ ex quo pollis tibi & tuis nō solum honore/ dignitatē/ sed & opes honeste comparare. At id p̄sape ab eis hoibus deservit/ ut recusare illud honestius q̄ accipere putet. Non enim beneficij qualitas/ sed quantitas dantis cōditio extimanda est. Nam gratiora ea esse debent/ quae sunt ab excellēti Principe tributa. Itaq; cum sciamus te eum esse/ qui omnes superiores Principes virtute & sanctimonia superat: qui semp dilexeris doctos & probos viros: maiorem modum gratum mihi esse debet: tua potissimū sanctitate in hoc dignitatis gradū me esse collocatū. Vellem pater sanctissime eam esse in me dicēdi agentis facultatem: ut & te pro tuis meritis digne comendare/ & tibi ipsa gratias possem referre. Verum alterius mihi facultas ablata est: cum tua virtus tanta sit: ut omnium dicentium eloquentia superare videat: alterius potestas: cū nihil mihi p̄ter voluntatē ad referendū gr̄am supsit. Verum tamē id quod possum diligenti p̄stabo: memorē sc̄z animū quoad vita superit beneficij accepti: atq; ita in tua futurū potestate ut plane intelligas & corpus & hanc aiam deditam tibi & dicatā esse. Deus qui est bonorum operū rectus iudex/ retribuet pro me tibi p̄stetq; felicitatē p̄petuā quā exoptas. Sed qm mihi semp tua benivolentia & gr̄a opus est: te suppliciter oro: ut me in teos suscipias: & bene agentē subleves ac sustententes. Ego ita in ista vitā meae curam sum: ita pure & iuste tuebor munus mihi demandatū ut merito letari possim: me ad hoc genus officij assumpsisse. Vale.